



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 67. Fuliensis Congregatio a Pontifice confirmata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Mensis novo diplomate statuit, ut festum *S. Petri Martyris duplici officio de cetero celebretur.* Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

Die vigesima secunda præfati Mensis Constitutionem edidit *de decies centenis millibus nummum aureorum in Arce sancti Angeli sepositis, quæ nullo unquam tempore, nisi in casibus per eandem bullam præscriptis, extrahantur:* porro huic Constitutioni nomen suum apponebant triginta quatuor Cardinales, qui etiam jurata fide se hanc legem servaturos pollicebantur.

§. LXVII.

Fulienfis Congregatio a Pontifice confirmata.

Sixtus V. cum Joannis Barrerii, qui Fuliensem Beatæ Virginis congregationem Ordinis Cisterciensium erexit, votis annuere vellet, novum hoc institutum die quinta Maji suo diplomate confirmabat, omnibusque, qui restauratam hanc disciplinam sub sancti Benedicti regula amplecterentur, concedit, *ut non solum ab esu carniùm quibuscunque anni temporibus, etiam ab Ecclesia permissis, & a potu vini abstineant, sed etiam in laboribus, jejuniis, Orationibus, carnis maceratione, & mortificatione, aliisque pœnitentiæ operibus exercendis, strictiorem, & severiorem, quam reliqui*

Bull. Const.
32. p. 576.

Bb 2

Mona-

Sæcul. XVI. *Monachi S. Benedicti Cisterciensis Ordinis*
A.C. 1586. *Regulam observare valeant, interdicit ta-*
 men Cisterciensium Abbati, ceteris-
 que ejusdem Ordinis Superioribus, eo-
 rumque Successoribus, ne eos mole-
 stent, interturbent, aut ad rigorem no-
 væ observantiæ aliqua ex parte re-
 mittendum cogant, in reliquis vero
 illos eorum jurisdictioni adhuc subje-
 ctos fore declarabat.

§. LXVIII.

Alicæ ejusdem Pontificis Constitutio-
nes circa Ecclesiæ negotia.

Bull. Const.
33. & seq.

Hoc item anno Sixtus V. plures alias
 edidit Constitutiones, in quarum
 prima die decima quarta Maji stabilitur
 approbatio, declaratio, & extensio con-
 stitutionum editarum a Pontificibus præde-
 cessoribus circa solutionem Annatarum,
 Communionum, & aliorum jurium, de
 beneficiis Ecclesiasticis Romanæ Camera
 Apostolicæ debitorum.

II. Die decima septima Maji habetur
 confirmatio, & nova concessio gratiarum,
 & privilegiorum Ordini Cisterciensi, ejus-
 que Abbatibus, Monachis, & Monaste-
 riis a Gregorio IX., Innocentio IV., Six-
 to IV., Innocentio VIII., Pio IV.,
 Pio V., Gregorio XIII. & aliis summis
 Pontificibus concessorum.

III. Alio